

licet vnam oram terre in ipsa villa thorsthunum. per honorabilem virum. consanguineum meum. dominum beronem condam prepositum vpsalensem. de bonis ecclesie acquisitam. et michi per. ipsum rite collatam. ecclesie vpsalensi. pro pleno. et iusto precio. de consensu. et beniuolencia. mariti mei. olawi fabri predicti perpetuo possidenda dimisisse. jta. tamen quod predictam oram terre. vna cum. duobus solidis terre. quos ipsa ecclesia vpsalensis. ibidem prius possedit. ad dies meos libere valeam occupare. Actum apud ecclesiam thorsthunæ. coram. venerabili. patre. domino fratre Petro miseracione diuina archiepiscopo vpsalensi. in officio visitacionis ibidem constituto. presentibus cum pluribus fidedignis. discretis viris. domino Johanne magnusson milite. benedicto sigurdhason nicholao skatman. Jacobo de walghaby. quorum siggilla. cum siggillum proprium non habeo in testimonium premissorum. presentibus. instanter apponi peto. Anno domini. M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup> feria sexta infra octauas epyphanie. domini.

*På fränsidan:* De .V. solidis terre in villa torstunum.

Sigillen: N:o 1, Johannes Magnussons (2 snedbjelkar); N:o 2, Bengt Sigurdssons (motväntd menniskohufvud); N:o 3, Nils Skatmans (3 trappskurna rutor i rad, snedt öfver skölden från högra hörnet); N:o 4, »S. Jacobi Marcuss.» (skölden klufven, i högra delens öfra hälft en liljeqvist, nedra hälften slät, sköldens venstra del tom och fint rutad).

3274.

1337 d. 11 Jan.

Thorstuna.

Ärkebiskop PETER tillåter Johan Gismar, fordom borgare i Stockholm nu mera i Lybeck, att stifta ett altare med tillhörande prebenda i Stockholms S:t Nicolai kyrka, med vilkor att han sjelf bekostar uppförandet af altaret och dertill hörande kapell, och förser den blifvande presten med en årlig inkomst af 8 mark lödigt silfver. Stockholms vigt; samt medgifver att han och hans efterkommande intill fjerde led må här tillsätta prest, efter fritt val, blott han befinnes duglig, o. s. v.

Vidim. afskr. på perg. i K. Riks-Arch. \*)

Omnibus presens scriptum cernentibus. frater PETRUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis. salutem jn domino sempiternam Jlla libenter admittimus illa tota animi deuocione, summoque mentis desiderio prosequimur et fouemus, que pro cultus ampliacione diuini. ac fidelium dei, tam viuorum quam mortuorum optato solacio statuuntur aut fiunt Jgitur, tam posteris quam modernis notum facimus per presentes. Nos ex communi et vnanimi Capituli nostri consilio et consensu. nostrum adhibuisse beneplacitum et assensum. ac auctoritatem ordinariam prestitisse. quod vir honorabilis johannes dictus gismar

\*) Intaget i en af Ärkebiskop Hemming d. 5 April 1347 utgifven vidimation och stadfästelse, hvilken åter blifvit af Stockholms Rådmän vidimerad den 18 April sistnämnda år. I midten af brevet är en stor fugtfläck, hvarigenom skriften blifvit nära utplånad.

quandocunque Cuius stokholmensis nunc autem lybycensis. pia ad hoc vt videtur deuocione affectus jn ecclesiá beati nicholai stokholmis ad honorem dei, sueque matris gloriose, sanctorumque omnium, ac parentum et propinquorum suorum remedium, vnum altare cum prebenda congrua Cui per presbiterum de cetero seruiatur perpetuo de nouo instituere valeat et fundare cum condicionibus que sequuntur Jn primis quidem jdem gismarus Cappellam conuenientem, pro et cum altari predicto in ecclesia prefata extrui et edificari faciat, ac absque dicte ecclesie grauamine quocumque, pro eodem altari ornamenta, et alia quelibet necessaria decencia ministrari in suis sumptibus et expensis, Jta. quod diuina decenter inibi valeant cottidie celebrari ac pro presbiteri seruiantis et diuini seruicij continue impendendi ibidem sustentacione debita, et honesta, octo marcharum puri argenti ponderis stokholmensis vel eiusdem ualoris pecuniam pro tempore currentem redditus perpetuos et infallibiles assignabit. Quem quidem presbiterum, idem gismarus, ac eius posteri, ab ipso directe et legitime descendentes vsque ad quartum gradum inclusiue, vndecumque dictus presbiter fuerit, dum tamen alias dignus et ydoneus inueniatur. ad idem altare cum vacauerit, nobis vel successoribus nostris poterint presentare, post gradum vero eundem, nullo eiusdem gismari posterum, presentandi iure seruato. Nos vel successores nostri eidem altari vel prebende poterimus de persona ydonea libere prouidere. Huiusmodi presbiterum ad certa reddenda seruicia pro diebus singulis, vel septimanis, jdem gysmarus precise non limitet, set eius conscienciam oneret de missis vel aliis deo deuotis oracionibus dicendis, prout diuina sibi gracia duxerit inspirandum. Jta tamen quod diebus dominicis et festiuis, in choro dicte ecclesie vna cum ministris et vicariis ibidem misse. matutinis et vesperis. teneatur huiusmodi presbiter interesse. Jn huius autem ordinacionis et admissionis nostre euidenciam pleniore, sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri, presentibus duximus apponendum. Datum apud ecclesiam thorstunæ nostre vpsalensis dyocesis Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. tricesimo septimo. sabbato jnfra octauas epyphanie.

3275.

1337 d. 13 Jan.

Heda.

Tiohärads Lagman SUNE JONSSON pantsätter alla sina gods i Wedbo härad, till säkerhet för 200 mark lödigt silfver, Kölnisk vigt, som han lånt af Biskop Carl i Linköping, hvilket lån skall återbetalas med 200 mark penningar årligen den 11 November.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris. SUNO IONSSON. legifer in Tihærathum. Salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volo